



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Praxis Beneficiorvm D. Petri Rebvffi Montispessvlani
Ivrvim Doct. Ac Comitiss, Ivrisqve Pontificii Ordinarii
Professoris Paris. & ibidem in supremo Senatu Causarum
Patroni**

Rebuffi, Pierre

Coloniae, 1610

De regia acceptatione & publicatione concordatorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63686](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63686)

rum, quæ vocantur practici, fraiz & misis. an.
Arrestum. 1538. die 7. Januarij, vt dico in tract. de preco. in
ordi. reg.

Notandum est, quod decretum superioris interpositum præsumitur rite factum, gl. in l. n. c. de fide instr. & iure haste fisea. lib. 10. & quæ ibi addidi. & supra scripti, & præsumitur factum pro vilitate ecclesie, Bald. inc. 1. col. 2. qui secundum dare possunt. Refert las. conf. 119. in præfemi. col. 2. vol. 1. & ista decreui scribenda in hac tam quotidiana materia & quotidie in palatijs agitata.

De regia acceptatione, & publicatione concordatorum.

Rex mandat parlamentis, vt omnia in his concordatis, & singula contenta teneant, custodiant, & conseruent, & in quibuscumq; causis secundum ea iudicent, ac ea inuolabiliter obseruari faciant, contradictores puniendo.

Vocirca a dilectis & fidelibus consiliariis nostris ad præfens tenentibus, & qui in futurum nostra tenebunt parlamēta, omnibusq; iustitiariis regni nostri, & Delphinatus, ac Comitatus nostrorum, cæterisq; officariis & subditis nostris, & eorum cuiuslibet (prout ad eum pertinuerit) mandamus, distinctius iniungentes, quatenus omnia præmissa & singula teneant, & custodiāt, & conseruent in sui roboris plenaria firmitate, & in causis quibuscumq; occasione præmissorum de cætero orituris & emerfuris, secundum deliberationes & conclusiones præscriptas iudicent, pronuncient, & sententient, atq; ab omnibus subditis & incolis nostrorum Regni, Delphinatus, ac Comitatus inuolabiliter faciant in om-

nibus & per omnia obseruari, prædictas personas ecclesiasticas & seculares, ac earum quamlibet in omnibus & singulis superius expressis, ab omni turbatione, violentia, impressione, molestatione, vexatione, damno, & impedimento, tueantur, protegant, pariter & defendant. Omnes & quascumq; personas, cuiusvis conditionis ac status fuerint, contra facientes aut venientes, taliter puniendo, quod in posterum cæteris cedat in exemplum. Quoniam sic fieri volumus & iubemus per præfentes. In cuius rei testimonium sigillum nostrum præsentibus literis duximus apponendum. Datum Parisius die 13. Maij, ann. domini 1517. & regni nostri 3. Sic signatum superaplicam, per Regem, Dominis ducibus Alenconij, Borbonij, & Vindocen. vobis Dominis Droual, de la Trimoille: de Boyli: Magno magistro Bastardo Sabaudia, de la Palice, & de Chastillon, Marefcalibus Francie, & alijs præsentibus. Robertet.

Lecta, publicata, & registrata, ex ordinatione, & de præcepto domini nostri regis, reiteratis vicibus facto, in præsentia domini de Trimoilla, primi chambellani dicti domini nostri regis, ad hoc per eum specialiter missi, Parisius in Parlamento xxij. die Martij, anno domini millesimo quingentesimo decimo septimo. Sic signatum, Pichon.

Quocir-

Quocirca. a) Cum leges vel constitutiones ex alia causa nos non teneant, quam quod iudicio populi recepte sint, verba sunt iurisperitorum in l. de quibus. ff. de legibus. Et vide quae dixi supra de collatio in §. presarique ordinarij. in gloss. acceptationem. & sicut lex non acceptata non ligat, ita confessio non nocet consentienti, nisi per partem fuerit acceptata, sed potest per partem tanquam erronea reuocari, post non, quia transit in contrarium, qui per alteram partem reuocari non potest. l. 1. & 2. C. quando liceat ab emptio. disced. Et dixi supra. eo. in presari. ad rubric. de col. Cy. in l. vna. q. 6. C. de confessis. Sali. in l. generaliter. q. 6. de non num. pec. Et in l. vna. opposit. de confessis. subemus. de libe. caus. plenè Bart. in c. si. col. 7. num. 4. de success. ab intesta. Hippol. in repet. l. de vno. num. 35. cum seq. ff. de re. iud. Et in rub. de proba. fol. 16. vers. item scias. Fel. in c. si cautio. col. 5. vers. fortius dixit. de fid. instrum. argu. l. sicut. C. de actioni. Et obli. Alex. conf. 90. fere omnis vis. col. 4. vol. 1. quia confessio simultatum locutionis notat ex etymologia verbi, teste. Alex. conf. 20. in causa. col. 1. in 4. volu. Et conf. 174. in causa. col. 2. in 6. vol. Barba. conf. 136. difficile. col. 5. in 7. volum.

Confessio non acceptata an prosit.

Acceptatio in genere non valet.

Quando licet contra propriam confessionem venire.

Et sic soliti sunt practici dicere, accepto in quantum facit pro me, aliàs non, vt notat Barb. conf. 82. illud. in fin. volum. 3. Et conf. 44. clement. col. 2. in 4. vol. quae acceptatio in genere non valet, nisi fiat in specie, secundum Bald. in l. cum precum. C. de libera. caus. facit in simili gloss. in l. §. editione. ff. de edendo. quae vult non prodesse ei, quae producit instrumentum, si dicat quatenus facit pro se referre Ioan. Lupus in repe. c. per vestras. in 4. no. in ff. de don. inter vir. Et vxor. licet prima opinio seruetur in practica, teste Cepo. cautel. 69. confessio. imò contra propriam confessionem licitum est venire, quando non fuit acceptata, si contra eum fortè fuit pronuntiatum. Bald. in authent. nouo in re. in fine. C. de poena iudicis, qui male iudicauit. Inno. in c. mulieri. de iur. iuran.

Vnde si quis sponte confessus fuerit delictum, tamen iudex defacto eundem absoluit, illa confessio nullum operabitur effectum, Bald. in l. si quis in hoc genus. colum.

ultiuna. C. de episcop. & cleri. Ioann. Crous in repet. capit. 1. in 2. nota. de constit. in 6. Et nota perpetuo, quia millies faciet tibi honorem, si toties de hoc recorderis, quia quilibet diceret contrarium, tum quia non est licitum variare, tum etiam quia non potest venire contra id quod propria voce asseruit l. generaliter. C. de non numer. pecu. ca. per tuas. de probatio. hoc tenet Vincen. Hercul. in l. in ratione. 1. §. si filio. colum. vltim. ff. ad leg. Falsi.

Item reuocatio non nocet renuncianti, si non fuerit per partem accepta. Bal. in ca. tio vel a. cum venissent. col. 3. de eo qui mitti in possessio. de lius actus qui non acceptat verba aduersarij, non potest se illis iuuare. Bal. in l. 3. C. de repud. her. pratus non vidit. idem si dissimulat. Francisc. Currius, prodest. conf. 78. super articulo. col. 1. Imò renunciatio facta in praesentia iudicis absente parte, non nocet consentienti, si non fuerit acceptata per iudicem nomine absentis. Bar. in l. postquam liti. col. pen. C. de pact. Et las. ibi. Et in l. error. col. 2. de iuris & fact. ignoran. Iacob. in l. de eate. §. Celsus. ff. de interrogat. actio. sed iudex hoc non solet facere.

Insuper comparens coram iudice à quo appellauit, & faciens aliquem actum coram eo, non videtur per hoc renunciare appellationi, ex quo ille actus non fuerit per iudicem acceptatus, sed impugnatus. gl. in d. c. cum venissent. Et ibi Bal. Et alij. Et Pan. in e. gratum. cal. 2. de offic. delegat. Roman. singul. 150. appellans. Et singu. 770. regula est. las. in l. qui Romae. §. Scia. in l. not. ff. de verbo. oblig. Moder. in d. c. per vestras. Fel. in d. c. capitulum. col. 31. ver. confirmatur de rescrip. Et c. cum venissent. col. 2. de testi.

Item non sufficit, quod testes dicant confessionem esse factam parte praesente, nisi deponant quòd pars acceptauerit. las. in d. l. error. C. de iur. & fact. igno. referre Hippoly. in d. l. vna. nu. 156. ff. de re iudi. per rex. in l. si. Et ibi Iac. in 2. no. ff. de interro. acti. Adhuc testes examinati non possunt corrigere eorum depositionem, si per partem fuerit acceptata, nisi probato errore. Bal. in l. Gallus. §. 1. ff. de libe. & posthu. Roman. in l. 1. §. si quis simpliciter. numer. 12. de verbo oblig. Et conf. 433. quo ad primum. Alexand. Et las. in l. quicquid. ff. de verbo.

Testes quòd eorum dictu corrigere possunt.



**Resignatio
beneficij
quando nõ
noceat resi-
gnanti.**

obligat. vbi referunt dictum esse famosum in palatiis. sequitur Hippoly. singu. 315. accept.

Præterea si clericus turbatus propter exactiones decimarum, quæ in dies fiunt, renunciet coram superiore, & resignatio à superiore non fuerit recepta, nec acceptata, non nocebit illo clerico. Ita expresse tenet Domi. in c. si. col. 2. vers. quid si clericus turbatus. de renun. in 6. plus consultat. Barb. quod legatum vel donatio causa mortis acceptata, per eum cui fuit facta non potest reuocari. plenè in consi. 4. clementissim. in 2. vol. quod non firmo. & an confessio facta in vltima voluntate. vide tex in c. si. de success. ab intesta. & ibi plenè Pan.

**Acceptatio
quando fieri
debeat.**

Notandum est, quod ista acceptatio debet fieri tempore quo fit confessio, vel renunciatio, vel alius actus. non autem valeret ex interuallo. gl. in l. consensu. ff. de actio. & obliga. & l. a. de contr. ah. emp. Pan. in ca. dilect. de sponsal. sequitur Hippoly. Marfi. in pract. sua crimina. §. postquam. num. 20. & seq. Brevitas temporis, & impressorum importunitas ad sequentia me reuocant.

**De prorogatione dilationis ad appro-
bandum concordata, tam à prelatiis
regni quàm ab aliis personis.**

Rex petit annum post lapsum sex mensium sibi dari, vt concordata publicare, recipere & obseruare faciat, annum etiam postulat ad exprimendum verum valorem, si quis in prima impetratione non expresserit.



Ranciscus a Dei gratia Francorum Rex, Mediolani Dux, & Genuæ dominus, vniuersis præsentis literas in specturis salutem. Cum vrgenti necessitate euidenti que commodo & vtilitate Reipublicæ regni nostri ducti, ad evitanda maiora pericula, quæ ex reuocatione pragmaticæ in futurum cunctura cernebamus, siue illi reuocationi obediretur, siue non obediretur,

quæ vnicuique rectè sententiabilissimè constare possunt, certa inuicimus cum sancta sede Apostolica concordata, in quibus inter cætera cautum est, quod infra sex mensium spatium, illa publicari & registrari, nec non iurari in curiis nostris Parliamentorum efficeremus, ecclesiamque Gallicanam illis consentire, aliis nullius essent momenti, quæ nullatenus ob breuitate temporis, aliis etiam vrgentibus negotiis occupati perficere valuimus.

Franciscus. a.) Prorogatio dicitur proprie quando tempus non erat finitum, vt hic nam tempus non est finitum, vt patet in literis sequentibus. Leo. ram. & c. ibi in ra dictum semelstre, infra quod adhuc existis, & c. & pro hoc est textus. & ibi Bar. & Alex. in l. dies. ff. de damno infect. per illum textum. [& est termini labentis nondum lapsi extensio, teste Bal. in l. Amilius. l. l. et. num. 9. ff. de minoribus.]

Renouari verò dicitur, quando tempus est finitum. l. sed si manent ff. de precar. & ibi Alberi & ideo dicebant quidam finito tempore non valere prorogationem, etiam tâquam reuocationem, tû quia illud quod non est, prorogari non potest. argum. ca. ad dissoluendum. de spon. impub. ita tenet Specul. in tit. de dilatio. in §. nunc videmus. vers. & si non hæc. Ant. in c. 2. in fi. de dilatio. tum etiam quia quod noluit, potuit: & quod voluit, implere nequiuit. l. multum. C. si quis aliter, vel sibi. hoc etiam tenet gloss. in l. 3. in princ. ff. de acqui. possess. vbi dicit quod transferens possessionem animo continuandi, non acquirit de nouo, si eam non habeat, licet contrarium teneat. Bal. in l. a. col. 2. C. de tempor. appel. per l. Titio centum. ff. de legat. 2. vbi dicitur fieri prorogationem, etiam si nullus sit dies. & ita tenet Imol. ibi, quia subest materia, quæ prorogari potest, licet dilatio quo ad temporalia: tui formam sit scripta. &